



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Dioecesanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

tur ex proprio officio, cum hoc sit parochi munus peculiare, ita sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 4. §. *idem autem*, ubi Conc. disponit, ut ij, ad quos pertinet, saltem dominicis & alijs festis diebus pueros in singulis parochijs fidei rudimenta docere, possint ab Ordinario, si opus erit, etiam per censuras ecclesiasticas compelli.

Ad tertium. sac. Cong. declar. 6. in hæc verba censuit: *Ordinarius non potest mulctis, & pœnis, etiam in casu notabilis negligentia, aut contumacia, cogere pueros ad discendum doctrinam Christianam, etiamsi hoc fieri voluerint in oppidis, villis, & alijs locis extra civitatem, nec valet, quia Conc. loc. cit. dicit posse compelli per censuras ecclesiasticas, quia ibi loquitur de compulsionem illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsionem puerorum, sive parentum ipsorum.*

DIOECESANUS.

PRIMO Diœcesanorum appellatione an veniant inferiores Ordinarij, licet habeant jurisdictionem in loco, vide Abb. & gloss. in Clem. 1. de *viva & honest. cleric.* & gl. in Clem. uni. de *foro comp.* licet veniant appellatione Ordinariorum, Navar. *confi.* 2. de *claud. dispensat.*

Secundo, diœcesis appellatione in dubio potius venit illa, quæ est domicilij, quam quæ est originis, & ita de stylo Curia observari dicit. Nav. *confi.* 4. de *constituti.*

DECIMÆ.

S V M M A R I M.

- 1 Quo jure debeantur.
- 2 Quotuplices sint.
- 3 Quibus debeantur.
- 4 A quibus solvi debeant.
- 5 Quantum debeat illarum ratione.
- 6 An iudex ecclesiasticus possit compellere laicos ad solvendas decimas.
- 7 An consuetudine possint tolli, ne solvantur.
- 8 An laici teneantur deferre eas usque ad horrea Clericorum.
- 9 An solvenda sint deductis expensis.
- 10 Quæ pars decimarum contingat Episcopum.
- 11 Quæ differentia sit inter decimas, & oblationes.
- 12 Consuetudo, ut solvantur ab una Ecclesia alteri Ecclesie quantum temporis exposcat.
- 13 An possint dari in feudum.
- 14 Vbi solvenda sint decimæ prædiales.
- 15 Quid denegantibus decimas.

AD primum. Video D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. *Sot. lib.* 9. q. 4. art. 1. Covar. *lib.* 1. c. 17. num. 2. *var. resol.* Canonistas in *cap. revertimini*, 16. q. 1. & in *rubr. de decim. extra*, & in *cap. 1. de decim. lib.* 6. Navar. c. 27. n. 28. vide *constit. regni. Quanto, tit. de decim.* & Capyc. *decisio.* 20. tamen sit prima conclusio: Decimæ non sunt de jure divino nec naturali, hanc probat Covar. *multis loc. cu. versi. præterea*, & potest consolidari ratione: Quod est de jure divino, vel naturali, non potest tolli consuetudine, sed (ut dicam *inferius*) decimæ tolluntur consuetudine; er-